

ut res indicavit, inferior. in eo siquidem congesta erant novem millia equitum, peditum tria millia ^(a) qui stipendia mererentur; reliquorum, qui ex urbibus agrisque delecti et equo et pede sine numero militabant, magnus et incertus numerus; curruum insuper et iumentorum grandis apparatus. que res duci nostro salubre consilium 5 dedit. existimans enim tantam multitudinen peditum, armis et ceteris impedimentis, que plurima vehebant, gravatam, non posse equorum vestigia proprius ^(b) tenere, ad Olium flumen ^(c) cum suo expedito equitatu et promptis ^(d) peditibus, quos nichil superflui urgebat, ne transeundi tolleretur potestas, properat: quem parva ^(d) 10 admodum parte exercitus nostri transgressa, protinus a tergo septingenti equites hostium transitum turbaturi iussi sunt ^(e). contra quos missis qui nimiam eorum audaciam retunderent, eisque non sine ignominia et damno repulsis, nostri integri in ulteriore amnis ripam emerserunt. plurimos tamen quos rapine cupiditas quosve 15 nimius glorie splendor pronus agebat, fluminis impetus perdidit. vix bene vestigiis positis, signa hostium cum universis copiis a tergo aderant. nostris nichil cure fuit ut a ^(f) transitu fluminis insequentes se arcerent, verum eodem impetu, ne a transiectione ^(g) amnis rapidissimi prohiberentur, ad Aduam ^(h) ⁽ⁱ⁾ iter maturant. 20 euntibus non longe a Bergamo via erat, a quo quingenti fortasse ex delectis ⁽ⁱ⁾ equitibus, sepositis equis, adversus nostros progressi sunt. aliquandiu inter eos gravis pugna fuit ^(k), cumque multo sanguine certatum est ^(l). succumbentibus tamen ^(m) illis cum multa suorum strage, inter menia compulsi sunt. ibidem Comes de Carraria, qui primus semper in omni certamine aderat, sub muris acerrime ⁽ⁿ⁾ dimicans, ictu sagitte in braccio perstrictus est. comes ^(o) de Anguillaria ^(p), romanum sanguinem redolens, quia stre-

Perciò l'Hawke-
wood decise di af-
frettare la marcia fi-
no all'Oglio.

Una parte delle
truppe leggere l'a-
veva già passato,
quando soprag-
giunse la cavalleria
viscontea ad impe-
dirne il passaggio;

respinto l'attacco,
il grosso dell'eser-
cito passò il fiume,
ma parecchi anne-
garono.

Marcia verso
l'Adda;
non lungi da Ber-
gamo, zuffa vio-
lenta con la caval-
leria viscontea, che
è cacciata entro le
mura della città.

Conte da Carrara
è ferito.

Prodezza del conte
d'Anguillara che

- | | | | |
|-----------------------------------|----------------------------|--|---|
| (a) <i>Ra</i> quattuormilia | (b) <i>B</i> proprius | (c) <i>P Ra</i> proraptis | (d) <i>Mur.</i> pauca |
| (e) <i>G R</i> in marg. visi sunt | <i>Mur.</i> om. iussi sunt | (f) <i>B</i> nec a | (g) <i>G</i> ne attractione |
| <i>R</i> trajectione | (h) <i>C Mur.</i> Aduam | (i) <i>P</i> ex delectis equitibus se positis | <i>Mur.</i> ex de-
lectis sepositi equites |
| | | <i>R</i> ex delictis equitibus sepositis equis equites | (k) <i>Mur.</i> gravis |
| | | pugna inter eos | (l) <i>Ra</i> esset |
| | | (m) <i>C</i> in marg. <i>Mur.</i> tandem | (n) <i>B</i> acerrime dum |
| | | | <i>causis</i> ictu |
| | | | (o) <i>Mur.</i> Dominus Comes |

(1) Il fiume Oglio. Il tragitto sembra aver avuto luogo ad un punto tra Canneto e Soncino.

(2) Il fiume Adda.

(3) Sebbene nei suoi diplomi Francesco Novello s'intitolasse duca di Car-